



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo naturæ ostium ex partu relaxatum coarctetur. Cap XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

corporis quoq; emendabat. Xenocrates promittit experimento, vitium ex alis per vrinam effluere, emedullare radicis vncia in vini falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo ieiuno, vel post cibum cyathis singulis pota: Nos vero tali contenti sumus. Alumen aqua dissoluimus, ac coalas & pedes perlinimus, ac siccescant curamus, sic plusculis diebus graueolentiam eorum locorum emendabimus. Sed id valentius operabitur. Lithargyrum aureum, vel argenteum conterito, & aceto ebullito, quo si ea loca perfricabis, & adfricaturabis, diutius eas partes à foetore immunes setuabis, nec hoc præstantius adinueris remedium.

Quomodo natura ostium ex partu relaxatum coarctetur. CAP. XXIX.

TRADIT Trotula, de restrictione amplitudinis vulvæ propter honestam causam licet tractare, quum per hanc impediatur aliquando conceptio, unde necesse est tali impedimento subuenire. Ex partu enim amplo hiatu aliquibus hiscere solet, & si id viro suo displicuerit, ne ipsam abhorreat, ita refareit idem. Sanguinis draconis, boli armeni, corticis mali granati, albuminis, mastichis, gallarū æque vnciam vnam in pulverem redige, & omnia cum aqua calida conficiantur, de hac confectione pone in foramen transiens in matricem. Vel gallarum, sumachi, plantaginis, consolidæ maioris, aluminis, chameleæ accipe partes equas, easq; decoque in aqua pluuiali, & foueantur pudenda. Vel omphacides gallas terito subtilissime, quibus garyophyllorum pulueris parum admisceatur: vino rubro austero ebulliant, quo pannus madeat, & loco applicetur. Vel sic popularium, & meretricum restringes, & coarctabis, Gallis, gummi, albumine, draconis sanguine, acacia, plantagine, hipocistide, balaustijs, lentisco, cupressi nucibus, vuarum acinis, glandium calycibus, vel cauillo, quo glans prorumpit, & dehiscens nucleum ostendit, mastiche, & lemnia terra, si hæc omnia rubro vino, vel aceto decocta sint, & sepe madeat vulua, coarctatur, & supprimitur valde, vel hæc in pulverem redacta, in-
gro per

tro per harundinem trajiciantur, vel ijs suffimenta sub-
stituatur. Symphitum ad id peroptimum erit, nam
carnes cum eo decoctæ, coalescunt: & alterum quoq; si
coquatur, peroptime recentia vulnera conglutinat. Al-
chimille decoctum, vel succus, saltem stillatitia aqua in
vuluam indita, adeo stringit, & coarctat, vt meretrices
vix à virginibus dignosci possint, vel si in eis decocto in-
fideant, præsertim si cum eo alia adstringentia addun-
tur, & foemineos locos perlinamus. Stillatitiæ aquæ a-
steris Attici in vuluam diutina iniectione, corruptæ ab
in corruptis vix dignosci possunt. Sed si vis

*vt desolata mulier integra virginitati re-
stituatur,*

Tali pilulas conficies pacto. Alumen combustum, ma-
stiche, adiecto chalcanti, & auripigmenti momento,
in tenuissimum redigatur puluisculum, vt fere tactum
effugiant. pluuiali aqua pilulas vbi coegeris, digitis cõ-
primito, & tenuem resicari curato, ac naturaliu ostio,
hymenei loco accommodentur, vbi prius rupta fuit, se-
nis quibusque horis immutando: pluuiali, vel cisterni-
na aqua semper fouendo, idque per naturalem diem, &
hinc inde vesiculas inducet, quæ contactæ sanguinis
effluuium emittunt, vt fere à virgine dignosci nequeat.
Obstetrices, quæ id curant, alio modo idem præstant.
Prædictarum rerum decocto constringunt, mox hiru-
dine locum mordicus capi curant, si crustulas inducunt,
quibus confricatis sanguis emanat. Aliæ vbi locum co-
arctarint, exiccatum leporinum, vel columbinum san-
guinem intus injiciunt, qui humiditate matricis hume-
factus, in sanguinem viuum vertitur. Nos hoc nobile
adinuenimus. Terimus lithargyrum in tenuissimum
puluerem, & aceto incoquimus, dum acetum turbidum
reddatur, excolamus, & aliud injicimus, quoad iterum
coloretur: tandem excolamus acetum leuigne, & in
fumum soluiamus.

Aduersus mulieres ludicra. CAP. XXX.

Hucusq; mulierum smegmata docuimus, & mul-
tam ad eas decorandas operam impendimus, nunc